Moyses hereditatem terrae distribuit trans iordanen dua
bus semis tribus. idest tribui ruben ex tribui gad.
& dimediae tribui manasse. reliquis uero tribubus. Non moy
ses sed ihs diuidit terram, pactum tamen initum ē cum illis
duabus semis tribus. quae trans iordanen ipsi cum fratrib;
suis pugnarent usquequo &iam ipse consequantur heredi
tatem, oportuit post obitum moysi qui pactum istud
inierat. ihm promissum deposcere & commonere eos
auxilium pugnaturis fratrib; ferre. haec quidem historiae
textus enarrat. Uerum quia nos iam conuersi ad dnm sumus
qui aufert uelamen in lectione ueteris testamenti & donat
seruis suis credentibus ipse. ut reuelata facie gloriam dni
speculantes haec omnia quae figuraliter illis accedebant
propter nos scripta esse sentiamus. In quos fines saeculorum
deuenerunt. & ideo sicut iam diximus ascendere tempte
mus a littera ad spm. a figuris ad ueritatem. & consideremus
quam formam teneant istae duae semis tribus quae per moy
sen terram hereditatis accipiunt. & quam formam terram
teneant reliquae nouem semis tribus quae p ihm repro
missionem terrae scae suscipiunt. & primo omnium puto
quod inpossibili fuerit fortuito accidisse. ut hi qui per
moysen accipiunt portionem cum primogeniti essent.
Ruben namque primogenitus ē ex lia. gad primogenitus ē
ex zelfa. & mannasses primo genitus ē. ex ascenez aegyptia
filia petefre sacerdotis eliopoleos. quam accepit ioseph.
Num quam ego mihi persuadeo ut fortuitu acciderit primo
genitos esse omnes. quibus p moysen discernebatur here
ditas, sed magis haec arbitror quaedam in his tunc adum
bratur forma populorum. Unius quidem qui primogenit

Acceperunt terram ut relicta mulierib; & infantib; suis in illa transirent ior
danen

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0018